

FINIS TOMI PRIMI

R. P. F. LUCII FERRARIS

SOLER-ALEXANDRINI,
ORDINIS MINOR. REGUL. OBSERV. S. P. FRANCISCI,
PROMTA BIBLIOTHECA

CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA,
NECNON
ASCETICA, POLEMICA, RUBRICISTICA, HISTORICA
(JURIS HISPANICI HODIE ETIAM VOCABITUR)

DE PRINCIPALIORIBUS, ET FERE OMNIBUS, QUÆ IN DIES OCCURRUNT, NEC PENES
OMNES FACILE, AC PROMTE REPERIRI POSSUNT,

EX UTROQUE JURE, PONTIFICIS CONSTITUTIONIBUS, CONCILIIIS, SACR. CONGREGATIONUM
DECRETIS, SACRÆ ROMANÆ ROTÆ DECISIONIBUS, AC PROBATISSIMIS
ET SELECTISSIMIS AUCTORIBUS

ACCURATE COLLECTA, ADAUCTA, IN UNUM REDACTA, ET ORDINE ALPHABETICO CONGESTA,

AC IN DECEM TOMOS DISTRIBUTA.

In hac editione, secunda hispana, non solum Additiones legales, jam antea publicatæ, accedunt, sicut in prima, verum etiam leges, Auctoris doctrinam astruentes, permultæque aliæ adnotationes, eisdem decisionibus insistentes, numquam antea editæ:

OPERA AC STUDIO ID TOTUM ELABORATUM

L. D. FRANCISCI MARIE VALLARNA

MADRIDENSIS COLLEGII ADVOCATORUM ALUMNI.

TOMUS SECUNDUS.



SUPERIORUM PERMISSU.
MATRITI:
TYPIS ET SUMPTIBUS REGIÆ TYPOGRAPHORUM ET BIBLIOPOLARUM SOCIETATIS.
MDCCXCV.

R. P. F.
LUCII FERRARIIS

SOLER-ALEXANDRINI

ORDINIS MINOR. REGUL. ORSERV. S. P. FRANCISCI

PROMTA BIBLIOTHECA

CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA,

NECNON

ASCETICA, POLEMICA, RUBRICISTICA, HISTORICA

(JURIS HISPANICI HODIE ETIAM VOCABITUR)

DE PRINCIPALIORIBUS, ET FERÈ OMNIBUS, QUAE IN DIEBUS OCCURRUNT, NEC FERÈ

OMNES FACILE, AC PROMTE REPERIRI POSSUNT

EX UTROQUE IURE, PONTIFICIIS CONSTITUTIONIBUS, CONCILIIIS, SACRAE CONGREGATIONUM

DECRETIS, SACRAE ROMANAE ROTAE DECISIONIBUS, AC PROBATIONIBUS

ET SELECTISSIMIS VICTORIBUS

ACCURATE COLLECTA, ADACTA, IN UNUM REDACTA, ET ORDINE ALPHABETICO CONGESTA

AC IN DECEM TOMOS DISTRIBUTA

In hac editione, secunda Hispanica, non solum Additiones legales, jam antea publicatas, accesserunt, sicut in prima, etiam doctrinam astruunt, per multasque alie adnotationes, etiam decisionibus insistunt, nunquam antea editas:

OPERA AC STUDIO ID TOTUM ELABORATUM

J. D. FRANCISCI MARIAE VALLARNA

MADRIDENSIS COLLEGI ADVOCATORUM ALUMNI.

TOMUS SECUNDUS

C



SUPERIORUM PERMISSU

MATRITI:

TIPOG. REGIAE TYPOGRAPHORUM ET BIBLIOPOLARUM SOCIETATIS

MDCCLXV.

AD LECTOREM
SECUNDA HISPANICA PRÆMONITIO.

ASseri posse, Lector benigne, vota mea, si in hoc opere inserta attentè meditatus fueris, pro viribus adimplevisse, mi videtur; sub decisionibus patriis (in Admonitione I.) iter facere sum conatus, sub eisdemque nova scilicet *Bibliotheca Juris Hispanici* accessit inscriptio; quidquid mihi venisset in mentem, (ceterum juri conforme) typis subdere postea decrevi, eo quod, si in quantum vires paterentur, posteriora non includebantur, parvus haud notaretur defectus: idcirco ad istum vitandum etiam subnexa reperies; quam conveniens hæc fuerit cogitatio, ex conlatione omnium animadverte.

Quod plurimi valeant objici defectus, neminem forte præteribit: aliquas esse additiones prætermittas, cuius obviam erit: in oblivionem haud veniet, latinum sermonem, in nov. add. hisp. comprehensum, mendis aliq̄is scaterere: per quemlibet notabitur, ex iisdem additionibus quasdam maximam esse extensionem consequutas, alias verò aliqualem; ad hæc omnia, quæ recenter sunt conscripta, minus laboris insumpsissem, si ordini fuissem methodico alligatus: sed ipsum opus impedimentum præstabat: me volente *ex gr.* de judiciis pertractare, præcitatos ferè omnes Codices percurrere, perquam necessarium existimabatur, utpote, aliquid, ad eadem concernens, in singulis reperitur: quapropter, ut cuicumque consentanea inveniantur, fit demonstratio: hæc, si tibi parva non videntur, per me actutum fuere cognita, ac omnibus remedium adhibetur, nam in *Tom. IX.*, præter quæ in *fn. Tom. VI. & VIII.* referuntur, inveniuntur omnia, & Index Regiarum Ordinationum: post hæc *Tom. X.* Sacrae Rituum Congregationis Decreta, SS. Concilii præcipuæ Resolutiones, locupletissimus Index, fidesque litterarum: ea non solum, verum etiam adamussim quàm plurimæ decisiones recognoscuntur, ac decreta, plures articulos amplectentia, magisque essentialia reputantur, ne ob totius earum relationis omissionem, dubium aliquod offeratur; aliquarum assertionum comprobatio aliquando deficit: prætermittitur, quippe sæpenumero textus comprobantes offendet: *Regula 37. tit. 34. p. 7.* ad sic procedendum viam aperuit: recognoscatur *litr. R. ex pag. 60. ad 68.* ibi, permultas esse tam Juris Canonici quàm Civilis regulas, patet: nihilominus Rex noster Catholicus D. D. Alphonsus X. (vid. *verb.* Blasphemia) satis esse judicavit, si septem, & triginta regulæ insererentur: sufficere exempla, in eis proposita, existimavit, quia cum cetera per *Part.* Codicem fuissent dispersa, frustranea erat repetitio: hac præsentem decisione, si per me asserti testimonia aliquibus fuerint locis prætermis-

sa,

sa, nemo demirabitur; amplius si quid recorderis, te deprecor, ne me in publicum coarguas, quousque munia, mihi ad hoc gerendum (vid. *lit. F, pag. 112. col. 2. in princip.*) obtenta, in mentem revocaveris, quousque auxilia, cum eodem objecto præstita, noveris: quousque inversus labor non per transennam, sed pedetentim sit undique lustratus: tunc equidem suspicor, immò aliquid mihi erit securitatis, esse indulgentiam consequuturum, siquidem ad portum accessi, licet tot, tantisque gravibus civilibus procellis agitatus, tot occupationibus distentus, atque omni humana ope destitutus; Quid amplius? magis quam oblatum adimpletum circumspicitur; quamplurimæ difficultates quoque pertinguntur: ex quæsdam notis, à Doctore Salmantino in jure Canonico, Cathedræque ejus Vesperarum Moderatore D. Josepho Joachim de Val-Iarna, Avo meo paterno, scriptis, aliquot excerpti: verumtamen quæ pro meo sunt captu, alienæ menti omnino subijcio; nunc igitur veniam sperare dubitabo? non equidem; Utinam si, otio præparato, hæ animadversiones essent typis commissæ, ac tempus ad laborandum ex nulla parte esset ereptum! nam, si humano nudus undique subsidio hæce prodi di additiones, quod ampliores, & exactiores divulgassem, in hunc unum scopum intentus; quis erit qui non fateatur?

Quocumque aspexeris, nil, nisi quod hæccine seges uberes fructus ferat, nunc usque consequor: omnia tibi prospera ut eveniant, magno afficior desiderio, atque incredibili cupiditate me in hoc studio esse incensum, tibi persuade; sic iterum, sed cum Nasone *lib. 1. Eleg. 6. atque lib. 5. Eleg. 13. Tristium*, ut mea claudatur oratio, canam::

Et veniam pro laude peto, laudatus abunde,

Non fastiditus si tibi, Lector, ero.

Accipe quo semper finitur epistola, verbo,

Atque meis distent ut tua fata, Vale.

INDEX TITULORUM,

QUI SECUNDO HOC TOMO CONTINENTUR.

Cadaver. pag. 1	Casus fortuitus. ibid.
Caducitas. 6	Casus reservati. ibid.
Cæcus. 7	Catechumeni. ibid.
Cælibatus. ibid.	Cathedricum. ibid.
Cæremonia. ibid.	Caupo, Caupona. 126
Calix. ibid.	Causæ. ibid.
Calvarius. 9	Censura. 127
Cambium. ibid.	Census. 132
Campana. 14	Cessio, Cessiones bonorum. 138
Cancellaria, Cancellarius. 16	Character Sacramentalis. ibid.
Candela. 21	Charitas. ibid.
Candelabrum. 22	Charitativum subsidium. ibid.
Canis. 23	Chiromantia. ibid.
Canon, Canones. ibid.	Choræ. ibid.
Canones Apostolorum. ibid.	Chorepiscopi. ibid.
Canones Pœnitentiales. ibid.	Chrisma. ibid.
Canonicatus, Canonicus. 24	Christus. ibid.
Canonici Regulares. 64	Circumcisio. ibid.
Canonization Sanctorum. ibid.	Circumstantiæ peccatorum. 147
Cantiones. ibid.	Civitas, Civilitas, Cives. ibid.
Cantus. ibid.	Clausura. 157
Cantus Gregorianus. 165	Clericus. 152
Cappa. ibid.	Clerus. 197
Capella. ibid.	Coadjutoria, Coadjutor. ibid.
Capellania. 70	Codicillus. 195
Capellanus in communi. 74	Coemeterium. ibid.
Capellanus Monialium. 76	Cognatio legalis. 196
Capellanus Militum. 77	Cognatio spiritualis. ibid.
Capillitium fictitium. 82	Cognatio naturalis. 197
Capitulum. ibid.	Collatiuncula die jejunii. ibid.
Cappuccini. 92	Collegium, Collegiata. ibid.
Cardinales. 99	Color paramentorum. 202
Caro, Carnium esus. 123	Coma fictitia, seu adscititia. ibid.
Castitatis. 124	Commemoratio. 204
	Comessationes. 205

BIBLIOTECA CENTRAL
UNIVERSITATIS
HAWAIIENSIS

sepeliuntur, tenetur Parochus funerale ducere, & comitari usque ad eandem ecclesiam Regularium; Sac. Congreg. Concil. 18. Julii 1681.

43 Sicut non licet Parocho, deposito feretro ante limina ecclesie Regularium, consuetas recitare preces supra cadaver, ita non poterit Regulares (etiam rogati a parentibus defuncti, vel a quolibet alio) antequam vere, & realiter sit cadaver intra limites propriæ jurisdictionis, super illud absolvi, deposito feretro in vico; qui actus ad summum unice spectaret ad Parochum; Sac. Rituum Congr. 2. Septemb. 1741.

44 Parochis in associatione, sive occasione associationis cadaverum non licet ingredi ecclesiam Regularium, sed tenentur dimittere eadem cadavera ad janam ecclesiarum, ibique solum possunt benedicere, & dare ultimum vale. Officia vero, & alia munia, quæ in ejusmodi ministeriis abhiberi solent, ab ipsis Regularibus peragi debent, non autem a Parochis. Atque ita in præmissis deinceps fieri, & exequi presentium vigore mandat, & præcipit, contrariis quibuscumque non obstantibus, Sac. Cong. Episcop. & Regul. 27. Novemb. 1671. accedente amplissima approbatione, & confirmatione Clementis X. Const. Nuper 18. Januar. 1672.

45 Parochi tenentur cadavera suorum parochianorum levare a loco, ubi asservantur, & associare usque ad portam ecclesie Regularium, etiam ipsis Regularibus non associantibus, nec Parochi se ingerere possunt in faciendum super iisdem cadaveribus officium in ecclesiis præfatorum Regularium, sed ad ipsos Regulares in propria ecclesia spectat, & pertinet; Urbanus VIII. 24. Julii 1641. & Sac. Rit. Congr. 4. Martii 1673. & 27. Januarii 1680. approbante Innocentio XI. 11. Martii 1680.

46 An ad Parochum spectet facere officium funebre super cadaveribus sepeliendis in ecclesiis, & oratoris publicis confraternitatum? Resp. affirmative, quando tumulandum est subjectis Parocho, intra cujus fines est ecclesia, vel oratorium, Sac. Rit. Congr. 10. Decemb. 1703. approbante Clemente XI. die 12. Januar. 1704.

47 An licet confraternitati salutis sepelire in propria ecclesia cadavera confratrum, & consorum, qui ibidem elegerint sepulturam; & an ejusdem Capellani absente Parocho valeat officium, aliasque functiones super iisdem cadaveribus explere? Sac. Congr. Concil. respondit affirmative quoad primam partem, quoad secundam negative, nisi Parochus vocatus renuat, vel alium Sacerdotem non substituat, die 28. Julii 1724.

48 Consuetudo benedicendi cadavera ad ecclesiam portam, & in funeribus servanda est; Sac. Congr. Episc. & Regul. 8. Novemb. 1647. & 21. Januarii 1650.

49 Domi, antequam cadaver feratur, possunt hæredes super eo officia recitare facere calcumque liberunt; Sac. Congr. Episcop. & Regul. 19. Maji 1579.

50 An hæredes defunctorum sint cogendi ad retinendum domi cadavera usque ad tempus illa sepeliendi; An vero

iisdem hæredibus liceat pro libito asportare dicta cadavera è propriis domibus ad quamcumque aliam ecclesiam per modum depositi usque ad horam illa tumulandi, etiamsi essent sepelienda in ecclesiis Regularium, non obstante dissensu Parochi, seu prohibitione ab eodem facta uti Vicario Foraneo; Sac. Rituum Congr. respondit: petita, & etiam non obtenta licentia, possunt cadavera deponi arbitrario hæredum in quolibet ecclesia usque ad tempus illa processionaliter deferendi ad ecclesiam sepulture; die 22. Julii, & Julii 1625.

Cadavera non sunt sepelienda privatim sine lumine, cruce, & Parocho; Sac. Congr. Episcop. & Regul. 28. Januar. 1610. Etiamsi id ordinasset defunctus, cum talis dispositio tamquam irrationalis una cum consuetudine, quæ alicubi innixa esse posset, sit rejicienda, ut censuit Rota Romana 15. Julii 1699. & confirmavit Clemens XI. 9. Decemb. 1704. Edict. incip. La Sanità di Nostro Signore, ut refert Benedictus XIV. tom. 2. Notificat. 16. & Cavalieri h. c. cap. 4. Decret. 42. num. 4.

Restituendum esse cadaver ecclesie; in qua defunctus sepulturam elegerat, una cum emolumentis, quarta deducta, censuit Sac. Congr. Episcop. & Regul. 1. Februar. & 31. Maji 1647. 5. Februar. 1649. 14. Januarii. & 1. Aprilis 1650. ac 22. Septemb. 1657.

Cadaver, quod alicubi positum non est per modum depositi, sed traditum esse perpetuæ sepulture, exhumari non licet, nec alio asportari, nisi de licentia Ordinarii; Sac. Congr. Episcop. & Regul. 28. Januar. 1603.

Exhumari nequeunt cadavera sine licentia Sacre Congregationis pro recognitione faciendi a curia seculari; Sac. Congr. Episcop. & Regul. 17. Decemb. 1602.

Defunctorum cadavera non possunt vulgò arrostari, seu sequestrari ob debita civilia, quibus gravantur, etiam erga mensam, nec eadem de causa potest differri eorumdem sepultura, sed prius cadavera sepelienda sunt, & postea debitum medio jure petendum, cum christiana pietas non patiatur propter interesse pecuniarium remanere insepulta cadavera; Sac. Congr. Episcop. & Regul. 14. August. 1590. 20. Octobris 1591. & 23. Augusti 1652.

Parochi pauperum cadavera gratis sepelire tenentur; Sac. Congr. Episc. & Regul. 5. Maji 1617. & 31. Martii 1646. Sic dicta decreta traduntur, & erudite declarantur à sapientissimo Pat. Cavalieri in Agenda Defunctorum.

* In sectione cadaverum anatomie addiscenda causa, si quis adhibeat cadavera non condemnatorum, nulla obtenta ab Episcopo facultate, peccat quidem graviter, sed non incurrit excommunicationem Bonifacii VIII. de qua in cap. 1. de Sepult. cum illa feratur tantum in eos, qui exhumant cadavera, ea lacerant, & alio sepelienda transferunt. Ita ex sensu DD. Benedicti XIV. Institut. eccles. 64. §. 10.

Si insuita processione, & præcedente cruce, asso-

ciandum sit cadaver ad sepulturam, & transitus fiat per agrum, vel possessionem privatam, non ideo via illa publica efficiatur; leges enim civiles, ex quibus id posset evinci, nihil aliud volunt, nisi quod monumentum positum in loco privato efficiat locum illum sacrum, quin & leges illæ à Jure canonico abolitæ sunt, ut ex DD. demonstratur. Institut. eccles. 89. §. 9.

Si cadaver tumulandum sit in ecclesia Regularium, non potest Parochus exigere, ut apporetur prius ad parochialem, & ibi exponatur, dein in sepulturam in ecclesia Regularium inferatur, ut ex Luciana funerum censuit Sacra Congreg. Concilii Institut. eccles. 105. §. 25.

Ex Decretis Sac. Congreg. Concilii firmatum est, 60 non esse levandum cadaver à domo absque præsentia ac facultate Parochi loci, ubi domus sita est. Ibid.

Cum distinguitur ecclesia tumulans à parochiali, processio funebris debet incidere sub cruce ecclesie tumulantis, nec potest præcisâ consuetudine Parochus priam non meditari ratio, cur in ultramarinis executionem non mereatur; quapropter asserere in eadem penas incidere, qui in eis talia perpetraverint, erit consentaneum; mente autem est conservandum, Indicis aliquibus personis, sepeliendi non solum uxores, & famulos (1) adhuc viventes cum viris, aut heris ex hac vita decedentibus, verumetiam vasa aurea, atque argentea, vestes, & alia pretiosa in sepulchris, sermone Peruano Guacas, nominatis includendi, (2) antiquæ consuetudinem fuisse; quæ cum ad vitæ humanæ subsistentiam, & ornamentum, negatur producuntur, inde est, quod cadaverum injuria deficiente, similia pretiosa inquirendi, ac erudiendi non de que ea omnia sub thesauri, aut bonorum quorum dominus non apparet, vulgò Mostrencos nomine comprehendantur, ad regiam gazam insertis limitationibus pertinere æstimatur (4).

Insuper habito quod in Hispania sit statutum, impensam funeris de quinto bonorum, & non de eorum corpore, etsi aliter dispoferit (5) testator, esse deducendam; etiamque assignetur differentia, quæ inerit has impensas, ceterosque ejusdem defuncti creditores observari debet: videtur jure nostro actionem propriè dictam vi talis consuetudinis oriri, præmaximè si extraneus quis eas solverit, atque recuperationem intenderit; (6) quovis sub colore intelligatur, nec recurrens fiat ad competentem judicem per mercenarium ejus officium, sed nobis implorando, ambigi nequit circa exactionem impensarum similium pro exequiis, & sepulchris à consuetudine introductarum, ad utrumque judicem, scilicet ordinarium ecclesiasticum, aut secularem, recursum intentandum: ad illum, si hæres ecclesiasticus fuerit, ad hunc verò, si secularis; (7) generaliter manet stabilitum, judices ecclesiasticos prætextu debitorum, causa decimarum à primis debitoribus, excepta, neutiquam posse in laicos procedere (8).

siempre á las labores del Rey: è lo que decimos en esta ley há lugar en las sepulturas de los Christianos, è non en las de enemigos de la Fé, è tal acusacion como esta puede hacer cada uno del Pueblo, quando los parientes del muerto non quisieren hacerla. Otrosi decimos que los que ficieren alguno de los yerros sobredichos en sepultura de Moro, ó Judío del Señorío del Rey, que pueden recibir pena, segun alvedrio del Judgador.

(1) L. 15. tit. 15. lib. 6. Ind. Por bárbara costumbre de algunas provincias se ha observado, que los Caciques al tiempo de su muerte manden matar Indios, è Indias para enterrar con ellos, ó los Indios los matan con este fin. Y aunque nos persuadimos que ha cesado tan pernicioso exceso, mandamos á nuestras justicias y ministros, que estén muy advertidos en no consentirlo en ningun caso, y si de hecho fuere cometido, la hagan castigar con todo el rigor que pide tan execrable delito.

(2) L. 2. tit. 12. lib. 8. ejusd. De todos los tesoros que se hallaren en oro, plata, piedras, perlas, cobre, plomo, estaño, ropa y otras cosas, asi en enterramientos, sepulturas, oques, casas ó templos de Indios, como en otros lugares, en que ofrecian sacrificios á sus Idolos: ofrecidas al Sol, Guacas ó Idolos, buscadas de proposito, ó halladas acaso, se nos ha de pagar de las que fueren metales, perlas, piedras y fundidos: L. 4. ejusd. En algunas provincias se presume que hay muchos tesoros escondidos y enterrados, y Guacas con mucha riqueza de oro, plata y esmeraldas, y otras cosas:

(3) L. 3. ejusd. El que hallare sepulturas ó adoratorios de Indios, antes de sacar el oro, plata y otras cosas que hubiere, parezca ante los oficiales de nuestra real hacienda de la provincia:

(4) L. 5. ejusd. Pretenden los Visitadores nombrados por los Virreyes: tener derecho á los tesoros, y sino hay descubridor en algunos adoratorios, Guacas ó partes donde los Indios acuden á sacrificar, pretenden las Iglesias que les pertenecen, y asimismo las tierras, ganados, chaquiras, joyas y otras cosas que eran de los Indios del Perú, y dedicó la superstición al rayo y Sol, y servicio de Idolos y Guacas. Y porque todo lo referido, conforme á derecho, y lo que está proveido, nos pertenece, y no á los Visitadores, Iglesias, ni personas particulares: Declaramos y mandamos que asi se guarde y aplique á nuestra real hacienda, sin disminucion: L. 6. ejusd. En la cobranza de bienes mostrencos, cuyos dueños no parecieron, hechas las diligencias que se mandan por las leyes de nuestros reynos de Cas-

tilla, y pertenece á nuestra Cámara y Fisco, tengan nuestras justicias: mucho cuidado: que los tesoreros y recaudadores: á cuyo cargo está la cobranza de bienes de Cruzada, cobren cosa alguna: Vide verb. Dominium, art. 3. verb. Restitutio, eod. art.

(5) L. 13. r. 6. lib. 5. La cera y misas, y gastos del enterramiento, se saquen con las otras mandas graciosas del quinto de la hacienda del testador, y no del cuerpo de la hacienda, aunque el testador mande lo contrario.

(6) L. 6. tit. 13. p. 1. Finando alguno sin lengua, de manera que non ficiere testamento, la iglesia onde fuesse parroquiano non ha razon de demandar ninguna cosa de su haber, fueras ende si lo oviesen por costumbre en aquella tierra de demandar alguna cosa. Pero si los parientes del muerto escogiesen sepultura para él en otra iglesia, è diesen alguna cosa con él, si no lo ficiere por alguna de las quatro razones sobredichas en la ley ante de esta, bien puede la iglesia donde era parroquiano demandar su parte. L. 12. ejusd. Despensas hacen los omes de muchas maneras en soterrar los muertos; è qualquier que estas despensas ficieren, si dixere, que las hace por piedad, è por amor de Dios, non las puede demandar. Mas si las ficiere con intencion de las cobrar, debelas haber, maguer non las mande ninguno hacer, è maguer le contradixesen, que las non ficiere, debengelas dar de los bienes del muerto, ante que paguen ninguna cosa de las mandas, que ficiessen en su testamento, nin de las debdas, que debia en qualquier manera que las deba: L. 30. tit. 13. p. 5. Ibi: Otrosi decimos, que si algund ome despensiese maravedis en soterramiento de algund muerto, maguer este tal debdo fuese postrimero, ante debe ser pagado, que otro debdo que oviese fecho el muerto en su vida:

(7) L. 16. tit. 4. lib. 5. Ibi: Y en el caso solo de no cumplir con esta obligacion los herederos, se les compela á ello por sus propios Jueces. Vid. latius, verb. Quarta Funeralis, Testamentum, prop. fin.

(8) Collect. Regal. decret. vulgò de la Contaduria general de Prop. y Arbit. num. 23. Ibi: Declaró tambien el Consejo por Auto de veinte y tres de Junio de mil setecientos sesenta y seis, habiendo oido al Señor Fiscal, que siendo reos demandados los legos tocaba á la jurisdiccion ordinaria el conocimiento de las execuciones en tales casos, aunque los actores fuesen obras pias, sin otra exclusion, ni reserva de casos, que el de que las instancias recayesen sobre asunto de diezmos, con la calidad de primeros contribuyentes.

BIBLIOTECA CENTRAL
J. A. N. L.

priam crucem levare, nisi in casu, quo interveniat capitulum cathedralis, & tunc cathedralis crux sola præcedit. Ita ex decretis Sac. Congreg. *Ibid.* §. 16.

62 Societates funus comitantes, si procedant cum sacco, tenent locum ante feretrum, & ante clerum tam secularem, quam regularem; si sine sacco, eant post feretrum, uti ex statutis Cleri Romani. *Ibid.* §. 30. & 31.

63 Laici Regulares non debent comparare cum Capellanis conductis in processione funebri, ut multis firmatur, *Ibid.* §. 32. At si invitatus sit conventus Regularis, qui certe constat ex laicis conversis, & sacerdotibus, excludendi non sunt. *Ibid.*

64 Regulares cogi non possunt ut associent pompam funebrem, cum cadaver in eorum ecclesia sepeliendum est, sed possunt ad janua ecclesie sue spectare, Ita ex decis. Sac. Congr. *Ibid.* §. 38.

65 Si quis habitator urbis decedat ruri non electa sepultura, cadaver ejus sepultura mandandum est, non in ecclesia rurali, sed in sua parochia, vel in ecclesia, ubi sita est sepultura majorum suorum, ut decisum est *cap. de sepultis* 126. dummodo id possit fieri sine gravi incommodo. Grave autem incommodum declarat Pontifex intercedere, si obitus accidit in loco ultra tria milliaria distante a parochia. Id vero ex paritate rationis statuum est de illo, qui ruri habitans, in civitate decedat. *Ibidem.*

66 Cum è rure transferendum est cadaver in civitatem, deferendum est in catalecto procedente cruce à clerodelata, & associantibus geminis sacerdotibus, altero ecclesie tumulantis, altero se tenente ex parte Parochii illius loci, ubi mors accidit. *Ibid.* §. 46.

67 In extrahione, vel intrahione cadaveris in porta urbis gabella minime solvenda est, ut ex DD. *Ibid.* §. 46.

68 Pro transitu processionis funebri ex una parochia in aliam, nulla petenda est licentia à Parocho illius loci per quem transitus fieri debet, ut ex Bulla Leonis X. 22. & decretis Sac. Congr. firmatur. *Ibid.* §. 49.

69 Pro sepultura, & exequiis cadaveris exigi nihil potest, ut ex sacris canonibus firmum est. *Ibid.* §. 58. Verum si consuetudo obdruit, ut aliquid detur, quamquam circa hoc nulla sit actio judiciaria, attamen recurri potest ad officium Ordinarii, ut ex textu *cap. Ad audientiam 24. de Simonia*, cit. *Instit.* §. 58. * (Vide sup. vers. Insuper habitus.)

71 Frequens in foro est controversia de exhumatione cadaverum, quæ alibi sepulta sunt, quam ubi sepeliri debebant. At videndum de cujus præjudicio agatur, num propriæ parochiæ, & ecclesie, an ecclesie, in qua est sepultura majorum, vel quæ fuit electa pro sepultura, an demum ejus ad quem sepultura spectat?

72 Regula pro exhumatione cadaverum est in priori casu *cap. 5. de Sepult.* tum in secundo casu *cap. 6. cod. tit.* licet regula hæc nonnullas patiatur limitationes, de quibus vide Romaguer. *ad contrit. Syn. Guadin. lib. 3. tit. 9. cap. 3. num. 3. & sequent.* Calvin. *de acquit. l. 1. cap. 93. per tot. Rot. in recent. decis. 429. num. 4. & seq. part. 18. cor. Bichio decis. 439. fer. per tot.* In tertio vero casu regula non est pro exhumatione cadaverum, sed pro compositione cum eo, ad quem sepultura spectat, ut ex mox allegatis optime præ ceteris firmat Romaguer. *ubi supra num. 32. & seq.* & adamussim convenit Frass. *de reg. patron. l. 2. c. 89. n. 35. & sequent.*

75 De cadavere Clerici, qui mortem sibi conscivit, quis cognoscere debeat, num Judex ecclesiasticus, an Judex secularis, an uterque simul? vide contrarias inter se opiniones apud Rousseaud de la Combe in sua *Jurisprudencia canonica verb. Cadaver.*

76 *** Inspecta moderna ecclesie disciplina locum, quo cadavera sepeliuntur, eligere in ecclesia solis patronis aut fundatoribus competet; quibus etiam in choro locus dati consuevit quod inter jura honorifica computabatur. Alias locum sepulture in ecclesia nemo sibi propria auctoritate eligere potest; sed is designandus ab iis qui ecclesie præsident. Quia Parochus vita durante, curam spiritualem suorum parochianorum sustinet, æquum est ut & defunctos sive cadavera non deserat; hinc indubitanter est, Ecclesiam parochialem, ejusve cœmeterium esse proprium

locum sepulture parochianorum. Ita in *cap. 3. tit. De Sepulturis*. Proinde uno consensu jus sepeliendi cadavera omnes interpretis juribus parochialibus annumerant. Quantum ad sepulturam parochianis dicuntur, qui intra limites parochiæ ita morantur, ut ipsa sacramenta ibi in ipsa percipere, & Parochi ipsis administrare teneantur. Quod si defunctus habeat sepulchrum majorum, in eo potius, quam in parochia ejus cadaver sepeliendum esse declaratur *c. 1. & 3. tit. De Sepult.* In cadaverum inhumatione, sepultura majorum uti & parochiali, de jure & consuetudine præfertur sepultura à defuncto electa; *cap. 1. De Sepult.* Quod intelligendum est, si talis electio facta fuerit in loco religioso juxta Rituale Romanum. Oblationes, quæ fieri consueverunt in cadaverum funeratione, ex pluribus synodorum decretis, licitum esse recipere Parochiis, aliisque, quibus de jure vel consuetudine aliove legitimo titulo competunt, indubitatum est. Ob non solutionem Jurium funeralium sepultura cadaverum non est differenda: quam dilatationem non tantum à sacris canonibus, sed Principum legibus improbatum ostendit Christianus Lupus, *Dist. II. ad Tom. III. scholiorum in Canones cap. 12. Cum* 85 *bus cadavera inhumandi sit plane distinctum à jure celebrandi exequias, & utrumque illud jus spectet de jure communi ad ecclesiam parochialem, certum est, quod uno eorum alteri loco, vigore privilegii, communicato, nequaquam alterum censeri debeat indultum in præjudicium ecclesie parochialis; hinc jure inhumationis communicato alicui ecclesie, seu religioso loco, salva nihilominus remanent ecclesie parochiali reliqua jura. Competit igitur Parocho de jure, ut cadaver præsentetur suæ ecclesie; atque eo præsertim missa celebretur; uti notavit Glossographus ad *Clementinam Dudum, de Sepult.* Quæstio incidit, quod genus exequiarum in ecclesia parochiali sit persolvendum cadaveribus, quando in alia ecclesia fuit electa sepultura; & an hæres sive executor qualemque officio in ecclesia parochiali defungatur; & judicium refert D. Van-Espen, hæredem teneri ad exequias sive officium istius generis, quod respondet officio sive funeralibus factis in ipsa cadaveris inhumatione in loco sepulture electæ. Ratio subjicitur, quia per factam eo modo inhumationem censetur determinasse genus funeris. Nec excluditur ecclesia parochialis ab illis oblationibus, quæ sepeliendis cadaveribus in altera ecclesia impenduntur. Factum enim est, ut si aliquem parochianorum alibi contingerit eligere sepulturam, ecclesie parochialis *quantum funerum* impendatur; quæ portio est major vel minor juxta locorum sive provinciarum consuetudinem, Conc. Trid. *Sess. 15. cap. 13. De Ref.**

(Præter ea, quæ in hoc verb. notantur: ut plenior sit omnium in eo contentorum intelligentia, videantur *Addit. hisp. verb. Candela*, Capellanus militum, Impedimenta matrimonii, *vers.* In Hispania regnis: *verb. Parochia, vers.* Quamvis: *verb. Quarta Funeralis, verb. Sepultura*, *Taxa, verb. Testamentum, vers.* Per mandatum: *prope fin.* & in dicto *verb. Sepultura*, omnia super hujusmodi materia decreta *tit. 13. p. 1. inveniunt*: ubi agitur de *Sepulturis*, quid sit: unde nomen accepit: quæ observanda pro cadaveribus sepeliendis: quare prope ecclesiam sepeliri debent mortuorum corpora: cui jus sepeliendi competat: unde cœmeterium sit nomen sortitum, & à quo est assignandum: ubi quilibet sit sepeliendus: an possit eligi sepultura; & quæ pars ad parochialem spectet, si alibi sepeliatur: qui in loco sacro, seu benedicto humari non valent: quæ persona intra ecclesiam debent sepeliri: juxta earum statum impense, ex quibus bonis deducenda: ornamenta, quibus humatio fieri debet, designantur: referre non omittitur penas, quæ puniuntur cadavera exhumantes, aut subripientes ornamenta, cum eis in loca: denique an detineri prætextu debiti cadavera possint; videatur etiam *tit. 18. lib. 4. For. Reg.* in quo circa ultimate præventa ejus quinque leges disponunt. Reconoscere add. *noviss. verb. Anima, vers.* Ne videatur.)

CADUCITAS. Vide *verb. Emphyteusis art. 3. & n. 8. ad 12. †*

CÆCUS.

Quoad recitationem divini officii, vide *verb. Officium divinum ar. 5. & n. 1. ad 8.* quoad obtinendam dispensationem ad effectum non obtinendi beneficium ecclesiasticum, tum missam celebrandi, vide *verb. Dispensationes n. 69. 70.* quoad percipiendas distributiones quotidianas, vide *verb. Distributiones ar. 1. n. 15. & 16.*

CELIBATUS.

CÆLIBATUS SACRIS MINISTERIS initio præscriptus fuit tam in Orientali, quam in Occidentali ecclesia; Benedictus XIV. tom. 1. constit. 129. *incip.* Eo quamvis tempore §. 34. Sed deinde ex indulgentia permissa fuit uxorum retentio Græcis Maronitis, aliisque Orientalibus; *ibid.* §. 35.

Calibatus Græcis Subdiaconis, Diaconis, & Presbyteris enixe suadet, quamvis eorum matrimonium cum unica, & virgine non reprobatur; idem constituit. 76. *incip.* Etsi §. n. 26. ibi: "Etsi expectandum quæ maxime esset, ut Græci, qui sunt in sacris ordinibus constituti, castitatem, non secus ac Latini, servarent, nihilominus ut eorum Clerici, Subdiaconi, Diaconi, & Presbyteri uxores in eorum ministerio retineant, dummodo ante sacros ordines, virgines, non viduas, neque corruptas, duxerint, Romana non prohibet ecclesia." "Eos autem, qui viduum, vel corruptam duxerint, vel ad secunda vota, prima uxore mortua, convolarint, ad Subdiaconatum, Diaconatum, & Presbyteratum promoveri omnino prohibentur." (*vid. fol. 146. verb. Apostasia, vers. Peto? : ***)

*** Omnes passim Catholici fatentur, legem cælibatus Presbyterorum dumtaxat esse punctum disciplinæ, erroreque fore respuere seu condemnare Presbyteros conjugatos, dum eos ecclesia tolerat & permittit. Ideo ecclesia orientalis olim merito anathemate percussit Eustachium, qui in hoc disciplinæ puncto se opponebat. Quam sententiam suo facto non obscure probat ecclesia Romæ, Presbyteros Græcos conjugatos ad sacrificandum admittens, filiisque suis, ut eorum intersint sacrificiis, non obstitens. ***

CÆREMONIÆ. Vide *verb. Baptismus ar. 6. & numer. 12. verb. Confirmatio ar. 3. & numer. 21. verb. Magister Cæremoniar. numer. 10.*

CALIX.

SUMMARIUM.

Varia de Calicibus.

- 1 Calices qua materia olim, & nunc constati, à quibus & quomodo consecrari debeant, vel possint, ad numer. 9.
 - 10 Quot modis consecrationem amittant, ad n. 14.
 - 15 Nonnulla solvantur quæstiones huc pertinentes, ad n. 20.
 - 21 Calix, patena &c. à quibus tangi possint, ad n. 26.
 - 27 Calices, aliaque vasa sacra utrum, quando, & qua ratione possint vendi, ad n. 28.
 - 29 Utrum ponendus Calix in manibus Sacerdotis defuncti, ad n. 30.
 - 30 An velo cooperiendus in fine missæ.
 - 31 Novæ additiones ex aliena manu, ad n. 33.
- 1 CALICES licet in primis ecclesie temporibus potuerint esse etiam lignei, & vitrei, ut testantur S. Hieronymus & Epist. 4. Strabo de rebus ecclesie *cap. 25.* & Gratianus in *cap. Vasa 44. de consecr. dist. 1.* Tamen à multis sæculis obsolevit usus ille, & non debent esse lignei, quia

cum lignum sit porosum, aliquid sanguinis subintraret; nec vitrei, aut ex crystallo propter fragilitatem, nec de lapide propter ineptitudinem, nec de ære, aut aurichalco, aut cupro, quia hæc propter æruginem vomitum provocant; sed tam ipsi calices, quam patenæ debent esse de auro, vel argento, vel stanno, ita ut si non ex auro, saltem ex argento fiant, vel ad minus ob magnam paupertatem ex stanno. Innoc. IV. in constit. 26. *incip.* Sub Catholice. Ibi: *Unusquisque Sacerdos in auro, vel argenteo solum, aut saltem stanneo calice sacrificet; cap. Calix 45. de consecr. dist. 1. ibi: "Ut calix Domini cum patena si non ex auro, omnino ex argento fiat. Si quis autem tam pauper est, saltem, ut stanneum calicem habeat; de ære, aut aurichalco non fiat calix, quia ob vini virtutem æruginem parit, quæ vomitum provocat." Nullus autem in ligneo, aut vitreo calice præsumat missam cantare." Calices, & patenæ debent consecrari, ac chrismate perungi, *cap. Cum venisset 1. de sacra unctio* §. Ungitur. Immo contra eum, qui utitur calice ligneo, aut non consecrato, constituta est pena depositionis ab officio, & beneficio; *cap. Literas 14. de celebrat. missar. Bonacina de Sacrament. disp. 4. q. ult. punct. 9. n. 16. Lezana in summa verb. Calix n. 2.**

(Lex §6. tit. 4. p. 1. in nihilo discrepat ab Auctoris doctrina circa materiam, ex qua calices fiebant, & nunc effici debent; lex 16. ejusd. tit. & p. declarat non solum chrismate esse inungendam ecclesiam, sed etiam parietes, altaria, aras, illisque calices linire solere, ad veteris legis exemplum, in qua Moysi à Deo fuit præceptum, oleum conficere, tabernaculum, arcam testamenti, sacrificiorum mensam, vasaque undique causa: in nova lege vestigia remanent, nam divus Sylvester, hujus nominis I. Sancti Pontificis Melchias successor, dum altaria consecravit, chrismate eodem ungebatur: ad cuius imitationem sequentes Prælati non tantum altaria, sed res ceteras supra designatas unxerunt.)

Calices, ac patenas consecrare de jure ordinario spectat ad Episcopos, quia est actus ordinis episcopalis. Sylvester in *summa verb. Benedictio num. 2. & 3.* Barbosa de offic. & potest. Episcop. alleg. 27. num. 35. & alii ibi citati; *arg. cap. Abbates 3. de privileg. in 6.* cum enim in tali consecratione adhibeatur Sacra Unctio, vel Oleum Sanctum, ab ipso tantum Episcopo ordinato, & consecrato benedicenda, inungenda, & consecranda sunt de jure ordinario, uti omnia alia, in quibus adhibetur Sacra Unctio; *arg. cap. Cum venisset 1. de Sacra Unctio. Sac. Rit. Congreg. in Imolens. 14. Nov. 1615. in Savonens. 3. Dec. 1616. in Taurinen. Pistor. & Tarvisina 2. Maji 1619. in Novarien. 21. Martii 1620. in Tridentina 7. Augusti. 1521. & in Caputaquen. 29. Julii 1630.* Ex privilegio tamen possunt calices, & patenas benedicere Abbates, alique Prælati usum Pontificalium habentes, ut expresse declaravit Sac. Congr. in *Paravina 5. Aprilis 1620.* Dummodo id faciant pro solo usu suarum ecclesiarum. ut pluries censuit Sac. Congr. & signanter 27. Sept. 1659. §. 19. in decreto circa usum pontificalium Prælati Episcopo inferioribus concessorum coram Sanctissimo D. nostro Alexandro VII. emanato ibi: *Reliqua pontificalia extra loca ipsi Abbatis subiecta, vel pro servitio alienæ ecclesie, aut in subditos pariter alienos, etiam de licentia Ordinariorum exercere non valent, puta campanarum benedictiones, calicum, & similitum, in quibus Sacra adhibetur Unctio, nec non Minorum Ordinum collationes.*

(Consonant leg. 13. 14. 15. & 16. tit. 5. p. 1. In eis de personis, quibus facultas consecrandi, & benedicendi competit, petra tractatur; ad rem leg. 12. 13. ac 14. tit. 10. ejusd. p. ubi de ecclesiarum, altariorumque consecratione agitur; convenit lex 57. tit. 4. dist. p. Assertur in hac, lintea vulgo Corporales ab Episcopo esse benedicenda: atque signatur materia, ex qua debent confici, & quare. *Verborum Benedicere, Benedictio, Benedictio Episcopalis in via, & verb. Consecratio, non obliviscaris. Vid. add. noviss. verb. Ecclesia, art. 4. n. 25.*)

Immo possent ab Episcopis tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis, Abbates, alique Prælati usum pontificalium habentes, censura Interdicti ab ingressu ecclesie, vel